b. **Adjectiva:** homuncio hic, qui multa putat praeter virtutem homini partim cara esse, partim etiam necessaria; A II, 134. haec ... nominibus ... appellata partim novis et commenticiis, ut ista „producta" et „reducta", partim idem significantibus; F V, 90. villas signis et tabulis refertas, partim publicis, partim etiam sacris et religiosis; L III, 31. sunt .. quaedam partim ita foeda, partim ita flagitiosa, ut ..; O I, 159. partim sunt inanima, ut aurum, argentum, ... partim animalia; O II, 11.

c. **Substantiva:** quam (consuetudinem) partim adsiduitate exercitationis || exerc. adsid. ||, partim ratione formabant; A I, 20. artes .. efficimus partim ad usum vitae, partim ad oblectationem necessarias; N II, 148. qui (Divitiacus) ... partim auguriis, partim coniectura, quae essent futura, dicebat; D I, 90. artificiosum (genus divinandi) constare partim ex coniectura, partim ex observatione diuturna; D II, 26. periculosae .. rerum actiones partim iis sunt, qui eas suscipiunt, partim rei publicae; O I, 83.

3. **dreimal:** haec ... partim sunt per se ipsa praeposita, partim quod aliquid efficiunt, partim utrumque; F III, 56. partim (cupiditates) esse naturales et necessarias, partim naturales et non necessarias, partim neutrum; T V, 93. quot genera ... partim submersarum, partim fluitantium et innantium beluarum, partim ad saxa nativis testis inhaerentium! N II, 100. cibum .. (animalia) partim oris hiatu et dentibus ipsis capessunt, partim unguium tenacitate arripiunt, partim aduncitate rostrorum; N II, 122. (eos) partim obliquos, partim transversos, partim etiam adversos stare vobis; R VI, 20. etiam pecudes ... partim esse ad usum hominum, partim ad fructum, partim ad vescendum procreatas; L I, 25.

4. **viermal:** cum videmus ... multitudinem pecudum partim ad vescendum, partim ad cultus agrorum, partim ad vehendum, partim ad corpora vestienda; T I, 69. oraculis ... volumen inplevit partim falsis, ut ego opinor, partim casu veris, ... partim flexiloquis et obscuris, ... partim ambiguis; D II, 115.

parsimonia, Sparsamkeit: I. est: optimum .. et in privatis familiis et in re publica vectigal duco esse parsimoniam; R IV, 7. non intellegunt homines, quam magnum vectigal sit parsimonia; P 49.

II. augeri: augeatur (res familiaris) ratione, diligentia, parsimonia; O I, 92.

conservari: conservari .. (res familiaris debet) diligentia et parsimonia; O II, 87.

delectari: civitates quaedam universae more doctae parsimonia delectantur; T V, 99.

particeps, teilnehmend, teilhaft, behaftet, Genosse: artis: duo genera divinationum esse, .. unum, quod particeps esset artis, alterum, quod arte careret; D I, 34.

boni: ut .. est quisque maxime boni particeps, ita est laudabilis maxime; P 15.

cogitationis: solum est .. (hoc animal) ... particeps rationis et cogitationis, quom cetera sint omnia expertia; L I, 22.

concentionis: est .. (animus) unus ex omnibus rationis concentionisque, quae ἁρμονία Graece, sempiternarum rerum et sub intellegentiam cadentium compos et particeps; Ti 27.

consilii: numquam vidi .. animam rationis consiliique participem in ulla alia nisi humana figura; N I, 87. ut consiliorum omnium particeps et socius paene regni putaretur; R II, 35.

dolendi: ſ. voluptatis.

intellegentiae: quae .. pars animi rationis atque intellegentiae sit particeps; D I, 70.

libertatis: in optimatium dominatu vix particeps libertatis potest esse multitudo; R I, 43.

mentis: cum dormientibus ea pars animi, quae mentis et rationis sit particeps, sopita langueat; D I, 60.

ordinis: naturam esse ... vim participem rationis atque ordinis tamquam via progredientem; N II, 81.

praestantiae: quod omnes participes sumus rationis praestantiaeque eius; O I, 107.

pudoris: quod .. hoc solum animal natum est pudoris ac verecundiae particeps; F IV, 18.

rationis: si homo est, animal est mortale, rationis particeps; A II, 21. quarum (partium) altera rationis est particeps, altera expers; T II, 47. qui animum in duas partes dividunt, alteram rationis participem faciunt || [faciunt] ||, alteram expertem; in participe rationis ponunt tranquillitatem; T IV, 10. quoniam (homo) rationis est particeps; N II, 82. si (ea natura) rationis particeps sit nec sit tamen a principio sapiens; N II, 36. quod (homo) rationis est particeps; O I, 11. ſ. cogitationis. concentionis. consilii; N I, 87. intellegentiae. mentis. ordinis. praestantiae.

temporum: quia trium temporum particeps animus sit; F II, 108.

verecundiae: ſ. pudoris.

virtutum: ut (virtutes) omnes omnium participes sint nec alia ab alia possit separari; F V, 67.

vitii: ne veniet quidem in eum ordinem quisquam vitii particeps; L III, 29.

voluptatis: de summo bono ratio aut voluptatis non dolendive particeps aut honestatis expers; F II, 38.

participo, mitteilen, teilnehmen: alqm: sequitur .. ad participandum alium alio communicandumque inter omnes ius nos natura esse factos; L I, 33.

pestem: »qui alteri exitium parat, eum scire oportet sibi paratam || paratum || pestem ut participet parem«; T II, 39.

particula, kleiner Teil, Stückchen: I. sum: homo ortus est ... nullo modo perfectus, sed est quaedam particula perfecti; N II, 37. cuius .. omne animal quasi particula quaedam est; Ti 11.

II, 1. adduco: ex ea (materia) particulas, similes inter se, minutas (gigni); eas primum confusas, postea in ordinem adductas mente divina; A II, 118.

adripio: hinc ceteri particulas arripere conati; F V, 72.

confundo, al.: ſ. adduco.

copulo, al.: particulas ignis et terrae et aquae et animae a mundo, quas rursus redderent, mutuabantur easque inter se copulabant; Ti 47.

praetermitto: ut ne qua particula in hoc sermone praetermissa sit; R I, 38.

relinquo: cum particulam singulorum (intervallorum deus) relinqueret; Ti 23.
2 vivo sine: ut ne illi quidem ... possint sine ulla particula iustitiae vivere; O II, 40.
III. intervallum: eius .. particulae intervallo relicto; Ti 24.

partim f. pars VII.

partio, partior, teilen, zerlegen, einteilen, zuteilen: I, 1, a. doceo de: nihil de dividendo ac partiendo (Epicurus) docet; F I, 22.
b. spinae: spinas partiendi et definiendi praetermittunt; T IV, 9.
2. alqs: illa ... dixerunt tum definientes, tum partientes, ut vestri etiam, sed vos squalidius; F IV, 5.
II. alqd: qui ... nihil definiunt, nihil partiuntur, nihil apta interrogatione concludunt; A I, 5. id ipsum in ea, quae decuit, membra (deus) partitus est; Ti 22.
aevitates: »censores ... exin || † exin || pecunias, aevitatis, ordines partiunto«; L III, 7.
animantia: sunt .. omnia (animantia) in quaedam genera partita aut inchoata nulla ex parte perfecta; Ti 11.
ius: »minores magistratus partiti iuris ploeres || plures || im ploera sunto«; L III, 6.
momenta: quasi (quattuor corpora) partita habeant inter se ac divisa momenta; T I, 40.
ordines, pecunias: f. aevitates.
perturbationes: quia Chrysippus et Stoici, cum de animi perturbationibus disputant, magnam partem de his || iis || partiendis et definiendis occupati sunt; T IV, 9.
res: et secundas res splendidiores facit amicitia et adversas partiens communicansque leviores; Lae 22. quis te aut est aut fuit umquam in partiundis rebus, in definiendis, in explicandis pressior? fr V, 56.

partitio, Teilung, Einteilung, Verteilung: I. est: eadem rerum expetendarum fugiendarumque partitio (erat utrisque); A I, 18. est .. haec partitio illorum; A I, 22. definitiones .. et partitiones et horum luminibus utens oratio ... fidentium est hominum illa vera ... esse; A II, 43. quae est .. aut utilior aut ad bene vivendum aptior partitio quam illa? F I, 45. haec, si recte memini, partitio fuit; N III, 6. dant hoc Scaevolae, quom est partitio || [quod est p.] ||, ut ... sacris ne alligentur; L II, 50. fuit .. talis illa partitio; Ti 22.
II, 1. retineo: quam partitionem a Zenone esse retentam videmus; F IV, 4.
2. utor: qua (partitione) est usus Epicurus; F I, 45. nullis partitionibus, nullis definitionibus utuntur; F III, 40. utamur .. in his perturbationibus discribendis Stoicorum definitionibus et partitionibus; T IV, 11.
III, 1. caput: partitionis caput scriptum caute (accessit), ut centum nummi deducerentur; L II, 53.
2. alqd ex: haec .. mihi ex tua partitione restant duo; N III, 65.
IV. in: quod in ista partitione || [perspicuum in istam partem] || ne egere quidem oratione dixisses; N III, 8.
propter: propter aequabilem praedae partitionem .. Bardulis Illyrius latro || [latro] || ... magnas opes habuit; O II, 40.

parturio, gebären wollen: qua (securitate) frui non possit animus, si tamquam parturiat unus pro pluribus; Lae 45.

partus, Gebären, Geburt, Leibesfrucht, Zeugung: I. est: bonam mortem et bonum partum meliorem longum esse quam brevem; F III, 47.
maturescunt: quod ii (partus) maturescunt aut septem non numquam aut, ut plerumque, novem lunae cursibus; N II, 69.
ohne Verb: conceptio contra naturam fortasse, sed partus prope necessarius; D II, 50.
II, 1. adfero: ut ... ab eo .. (Sole) Luna inluminata graviditates et partus adferat maturitatesque gignendi; N II, 119.
diiungo: Diogenes Babylonius ... partum Iovis ortumque virginis ad physiologiam traducens diiungit || deiungit || a fabula; N I, 41.
edo: cum (testudines, crocodili) in terra partum ediderint; N II, 129.
facio: is, quo modo equa pariat, aut omnino quae natura partum animantis faciat, ignorat; D II, 49.
habeo: an, partus ancillae sitne in fructu habendus, disseretur inter principes civitatis, P. Scaevolam, M'.que Manilium? F I, 12.
inrideo, praedico: qui inridetur, partus hic mulae nonne ... praedictus est ab haruspicibus incredibilis partus malorum? D I, 36.
profero: mulae partus prolatus est a te; D II, 49.
traduco: f. diiungo.
tueor: quae quia partus matronarum tueatur, a nascentibus Natio nominata est; N III, 47.
2. adhibeo ad: adhibetur .. (Diana) ad partus; N II, 69.
adsum in: quod Diana, cum in partu Olympiadis adesse voluisset, afuisset domo; N II, 69.
propugno pro: non (bestiae) pro suo partu ita propugnant, ut vulnera excipiant? T V, 79.
III, 1. edi: »nec mihi ... tantum invexit tristis Eurystheus mali, quantum una vaecors Oenei partu edita«; T II, 20.
2. ante: cervae .. paulo ante partum perpurgant se quadam herbula, quae seselis dicitur; N II, 127.

parvitas, Kleinheit: quae (vincula) cerni non possent propter parvitatem; Ti 47.

parum, wenig, nicht genug, nicht sehr, zu wenig: A. allein: I. bei Verben: ut quam minime animus a cogitationibus abduceretur; F V, 87. mihi ... quaerenti ex te ea, quae parum accepi; N III, 4. turpis .. excusatio est et minime accipienda; Lae 40. capessentibus .. rem publicam nihilo minus quam philosophis, haud scio an magis etiam .. magnificentia ... adhibenda est; O I, 72. quo minus (animi) se admiscuerint atque implicuerint hominum vitiis et erroribus, hoc iis faciliorem ... reditum in caelum fore; fr V, 97. minime .. adsentior iis, qui ..; T III, 12. minime vero assentior iis, qui negant ..; O III, 9. nihilo minus hoc agunt separatim; T V, 19. ut aut non appareat corporis vitium aut quam minimum appareat; F V, 46. ea (officia) quamquam pertinent ad finem bonorum, tamen minus id apparet; O I, 7. ut pudor civis non minus a delictis arceret quam metus; R V, 6. iam illa perfugia ... certe minime sunt audienda; R I, 9. iuventuti nostrae minime audiendus; R III, 32. sustinendi muneris propter inbecillitatem difficultas minime cadit in maiestatem deorum; N II, 77. Paulus paruit (auspiciis); num minus cecidit in Cannensi pugna cum exercitu? D II, 71. si ... ipsi .. minus ceperint, quam omnibus heredibus relinquatur; L II, 50. si minus quis cepisset, ne sacris alligaretur; L II, 51. ut minus capiat, quam omnibus

heredibus relinquatur; L II, 53. parumne cognitum est superioribus nostris disputationibus ..? T V, 48. ut ille Pacuvianus, qui in Chryse physicus inducitur, minime naturam rerum cognosse videatur; D I, 131. nec dubito, quin ... † lautum victum et elegantem magnifice neque minus, quam deceret, colere instituissent; fr V, 43. tum ego non minus commotus, quam soleo in causis maioribus; A II, 64. nec .. possunt dicere aliud alio magis minusve comprehendi; A II, 128. ſ. possum; N III, 21. minime vero ... (ratio) consentit; F III, 10. tum intelleges, qui voluptatem maxime sequantur, eos minime consequi; T V, 100 (99). si forte ... minus id, quod avemus animo, consequemur, ut ... oratio sibi constet; Ti 8. ſ. possum; T II, 8. sunt .., qui in rebus contrariis parum sibi constent; O I, 71. vester .. deus potest non (hominibus divinationem) inpertire, ut nihilo minus mundum regat et hominibus consulat; D II, 40. [videntur] minime contempti philosophi, qui ‖ [minime ... qui] ‖ ..; A II, 76. dum modo sit haec quaedam ... res ... minime .. contemnenda; R III, 4. cum id minus contingeret; O II, 42. quia non laboro, quam valde ea, quae dico, probaturus sim, eo minus conturbor; A II, 10. minime .. convenit ... postulare, ut ..; F III, 66. quid est .., quod minus conveniat, quam ut ..? T V, 31. quid .. philosopho minus conveniens? N III, 44. Chaldaeis ... in notatione cuiusque vitae ex natali die minime esse credendum; D II, 87. ut nihil minus curandum putem; T II, 10. quid minus a physicis dici debet quam quicquam certi significari rebus incertis? D II, 43. oratorem vero irasci minime decet; T IV, 55. quae hoc non minus declarant; F I, 24. parumne declaravit vir gravis ... lege Sempronia patrimonium publicum dissupari? T III, 48. quod ... dissimilis ... casus habent, parumne declarat nihil ad agendam vitam nascendi tempus pertinere? D II, 95 nec minus (dies deficiat), si commemorem ..; N III, 81. quod parum defigunt animos et intendunt in ea, quae perspicua sunt; A II, 46. existimo te ... minus ab eo (Epicuro) delectari; F I, 14. quae (amicitiae) minus delectent et minus probentur; O I, 120. illos certe minus despicere debemus; A II, 130. quamquam te quidem video minime esse deterritum; F I, 26. Homerum .., qui minimum dicunt, Lycurgi aetati triginta annis anteponunt fere; R II, 18. ſ. debeo. ut ne minus amicos quam se ipsos diligant; F I, 70. an parum disserui ..? F IV, 2. nec minus (danda opera est), ut etiam singulis consulatur; O II, 72. sunt .. etiam clariora vel plane perspicua minimeque dubitanda indicia naturae; F V, 55. ſ. possum; F III, 38. in qua (vita) sapiens nemo efficietur umquam, moderatus vero multo minus; T V, 100. a Zenone minus multo (est elaboratum) quam ab antiquis; F IV, 9. qui quod tibi parum videtur eruditus; F I, 71. quod ceteri ... minus eruditis hominum saeculis fuerunt; R II, 18. non numquam ea, quae praedicta sunt, minus eveniunt; D I, 24. quia minus oraculorum veritas excellit; D I, 38. ea (συμπάθεια), quo sua sponte maior est, eo minus divina ratione fieri existimanda est; N III, 28. ſ. fallo. facio: ſ. possum; F I, 19. T I, 84. quodsi ... non existimantur fefellisse, ... multo minus, qui domum non laudarunt; O III, 55. fingo: ſ. possum; D II, 116. gusto: ſ. possum; F I, 58. quod tu minime ignoras; N I, 1. implico: ſ. admisceo. ut ii, qui opibus et copiis maximeque virtute ... minime alterius indigeant ‖ indigent ‖, liberalissimi sint; Lae 51. non insequar longius, eoque minus, quo plus poenarum habeo; L II, 44. si haec verba aut minus placent aut minus intelleguntur; F III, 17. quae minus intellegebam; N III, 1. quae minus intellexi; N III, 4. nec minus intellego me vobis quam mihi vos esse iucundos; C 26. id si minus intellegitur; Lae 23. intendo: ſ. defigo. si mundus ita sit par alteri mundo, ut inter eos ne minimum quidem intersit; A II, 55. ceteras res omnis plane paris ac ne minimum quidem, utrum adessent an abessent, interesse; L I, 55. an »utinam ne in nemore« nihilo minus legimus quam hoc idem Graecum? F I, 5. provide etiam, ne uni tibi istam sententiam minime liceat defendere; A II, 62. »nihilo minus ipsi (lumen) lucet, cum illi accenderit«; O I, 51. »nihilo minus ipsi (lumen) lucet«; O I, 52. machinor: ſ. ratiocinor. minime id esse mirandum; N II, 69. »ea si cui in somno accidunt, minus mirandum est ‖ mirum est, sed ‖«; D I, 45. ista me minime movent; T V, 13. arbitrarer hanc rerum civilium minime neglegendam scientiam sapienti; R I, 11. quod minus noceant animi aegrotationes quam corporis; T III, 4. ſ. possum; N II, 117. P 51. si minus id obtinebis; T I, 26. si quando minus occurret Latinum (verbum); F III, 15. eo .. me minus instituti mei paenitet, quod ..; N I, 8. quis .. parum est contra mortem aut dolorem paratus? T V, 88. peccavit .. (lubido) nihilo minus; P 20. Gracchus cum comitia nihilo minus peregisset; N II, 10. percipio: ſ. possum; T V, 6. si ipsa ratio minus perficiet, ut mortem neglegere possimus, at vita acta perficiat, ut ..; T I, 109. quod qui parum perspiciunt; O II, 10. certe minus ad beatam vitam pertinet multitudo corporis commodorum; F III, 43. pervolgatus: ſ. II. notus; A II, 6. quod minime illis placet; D II, 93. iis ‖ his ‖, qui in provinciis sunt, minime placet; L III, 18. ſ. intellego; F III. 17. declinare dixit atomum perpaulum, quo nihil posset fieri minus; F I, 19. quo minus animus a se ipse dissidens ... gustare partem ullam liquidae voluptatis et liberae potest; F I, 58. nihil est .., de quo minus dubitari possit, quam .. honesta expetenda ... esse; F III, 38. possem idem facere, etsi minus quam ille, qui ..; T I, 84. cum adiutore populo, quo utebamur antea, nunc minime nos uti posse videamus; T II, 4 (3). nec, si id ipsi minus consequi possumus, idcirco minus id ‖ [id] ‖ ita faciendum esse sentimus; T II, 8. quam vereri deberet, etiamsi minus percipere potuisset; T V, 6. quid est, quod minus probari possit, *quam* ... incidere imagines? N I, 107. sunt .. (astra) rotunda, quibus formis ... minime noceri potest; N II, 117. quo magis (mentem ab oculis) sevoco, eo minus id, quod tu vis, possum mente comprehendere; N III, 21. num minus ille (Herodotus) potuit de Croeso quam de Pyrrho fingere Ennius? D II, 116. si minus imitatione tantam ingenii praestantiam consequi possumus, voluntate certe proxime accedimus; O III, 1. quod quisque minus per se ipse posset; Lae 26. quod ei generi possessionum minime quasi noceri potest; P 51. an ratio parum praecipit nec bonum illud esse ... nec porro malum, quo ..? T IV, 39. quod minime Socrates probabat; A I, 17. quod genus minime in philosophia probari solet; A II, 49. minime vero probatur huic disciplinae ... amicitiam ... adsciscì; F III, 70. minime vero illud probo, quod ... dicitis; F IV, 46. quae cum magnifice primo dici viderentur, considerata minus probabantur; F IV, 55. quid minus probandum quam esse aliquem beatum nec satis beatum? F V, 81. quamquam id est minime probandum; R I, 42. nullum esse de tribus his generibus, quod sit probandum minus; R III, 47. minime .. artes eae probandae, quae ministrae

sunt voluptatum; O I, 150. utrum bono viro pauperi an minus probato diviti filiam collocaret; O II, 71. ſ. delecto; O I, 120. possum; N I, 107. nec, quia nusquam erat scriptum ..., idcirco minus Coclitem illum rem gessisse tantam fortitudinis lege ... putabimus; L II, 10. quod ille (Scipio) minime putabat; Lae 11. parumne ratiocinari videtur et sibi ipsa nefariam pestem machinari? N III, 66. rego: ſ. consulo. [eos omnes censores ... in aerariis reliquerunt nec minus illum, qui ..;] O I, 40. virtus, quam sequitur caritas, minime repudianda est; Lae 61. Epicurus iocetur, homo ... minime .. resipiens patriam; N II, 46. parumne Epicuro Carneadive respondeam? D I, 109. sentio: ſ. possum; T II, 8. Tib. Gracchum sequebantur C. Carbo, C. Cato, et minime tum quidem C. || Gaius || frater; Lae 39. quae (utilitas) tamen ipsa ecflorescit ex amicitia, etiamsi tu eam minus secutus sis; Lae 100. nihilo minus in miseria est quam ille, qui nihil processit; F III, 48. ad beatissime vivendum parum est, ad beate satis; F V, 81. suave etiam? an parum est, si non amarum? T II, 17. ut ... hoc idem ... nihilo minus futurum sit; Fa 17. ut quisque minimum esse in se arbitraretur, ita ad amicitiam esset aptissimus; Lae 29. sumendum tempus est non minus in animorum morbis quam in corporum; T III, 76. minus tardabitur cursus animorum; T I, 75. invidi Scipionis ... tenent nihilo minus illis mortuis senatus alteram partem; R I, 31. quod quoniam nomen minus est adhuc tritum sermone nostro; R II, 51. quae (mortis contemptio) non minimum valet ad animum metu liberandum; T II, 2. Graeci volunt illi quidem (disiungere), sed parum valent verbo; T III, 11. qui .. ipsi (metus) per se minus valerent et magis contemnerentur, nisi ..; D II, 150. levitates comicae parumne semper || saepe || in ratione versantur? N III, 72. in eo ipso (Epicurus) parum vidit; F I, 26. quas res illi propter antiquitatem parum vidissent; F IV, 62. siquidem homo esset; sed nihil vidi minus; T II, 39. et, cum minime videbamur, tum maxime philosophabamur; N I, 6. nihil dicam mihi videri minus; N I, 57. mihi .. videtur (esse res publica) et minime quidem vituperanda; R III, 48. innumerabiles aliae dissimilitudines sunt naturae morumque, minime tamen vituperandorum; O I, 109. ut (M. Crassus) ea re minus ἀγέλαστος ... vocaretur; F V, 92. ita (Philo) imprudens eo, quo minime volt, revolvitur; A II, 18. quod minime illi volunt; A II, 43. quod minime vis; A II, 106. quod minime vultis; A II, 138. quod minime ille (Epicurus) vult; F I, 25. at hoc, Chrysippe, minime vis; Fa 13. utor: ſ. possum; T II, 4.

II. **bei Adjectiven:** minus .. acer est adversarius is, qui ..; A II, 12. quod genus philosophandi minime adrogans maximeque et constans et elegans arbitraremur; D II, 1. minime id quidem .. alienum; F III, 14. artificiosis (similia sunt quaedam) minime artificiosa; A II, 50. non Graecos minus barbaros quam Romanos puto; R I, 58. minus bonis quamquam versibus, sed tamen illi versibus increpant eorum adrogantiam; A II, 74. nihil minus et || minus || civile et humanum quam .... quicquam agi per vim; L III, 42. illud vero minime consectarium, sed in primis hebes; F IV, 50. quid .. minus consentaneum est quam quod aiunt ..? F IV, 48. obscura somnia minime consentanea maiestati deorum; D II, 135. postquam homines minus creduli esse coeperunt; D II, 117. peregrini ... officium est ... minime .. esse in aliena re publica curiosum; O I, 125. ab iis .. (voluptatibus) abstinere minime esse difficile; T V, 94. quid .. minus est dignum, quam tibi peius quicquam videri dedecore? T II, 14. quae quo facilius minus docti intellegerent; A I, 8. rem .. mea sententia minime dubiam argumentando dubiam facis; N III, 10. aër ... minime est expers caloris; N II, 26. uberior oratio L. Crassi nec minus faceta; O I, 133. viros fortes ... minime .. fallaces esse volumus; O I, 63. si minus felices in diligendo || deligendo || fuissemus; Lae 60. humilem sane relinquunt et minime generosum, ut ita dicam, ortum amicitiae; Lae 29. quom ipsi deo nihil minus gratum futurum sit quam non omnibus patere ... viam; L II, 25. a Numa Pompilio minusne gratas dis inmortalibus capudines ... fuisse quam felicatas Saliorum || aliorum || pateras arbitramur? P 11. et tutior et minus aliis gravis aut molesta vita est otiosorum; O I, 70. qui minus gravis esset iis senectus, si octingentesimum annum agerent quam si || quam || octogesimum? C 4. perutile esse consilium ..., sed minime honestum; O III, 49. humanus: ſ. civilis. quos offendit noster minime nobis iniucundus labor; F I, 3. ut minus iustae amicorum voluntates adiuvandae sint; Lae 61. is ... in amicitia parum iustus (est); Lae 75. si parum magnam vim censet in iis (sensibus) esse ad ea, quae sub eos subiecta sunt, iudicanda; A II, 74. in ipsa (vite) .. parum magna vis inest, ut ..; F V, 39. cuius (Zenonis) discipuli Aristonis non minus magno in errore sententia est; N I, 37. nullum genus est minus malitiosum; T III, 50. venit Epicurus, homo minime malus; T II, 44. qui minime sunt in disserendo mali; R III, 26. philosophi quidam, minime mali illi quidem, sed non satis acuti; O III, 39. minime mirum est primo nos sapientiae commendari; F III, 23. minime mirum id quidem; T II, 11. tum is, qui illa coxerat: „minime mirum"; T V, 98. quid minus mirum quam illam monstruosissumam bestiam urnam evertisse? D II, 69. quamquam in aliis || his || minus hoc mirum est; C 24. ſ. I. miror; D I, 45. molestus: ſ. gravis; O I, 70. si minus multa mihi occurrent; F IV, 24. parumne multa de toleranda paupertate dicuntur? T V, 107. ut minus multos tabella condemnet, quam solebat vox; L III, 39. quae faciliora sunt philosophis, quo minus multa patent in eorum vita, quae fortuna feriat, et quo minus multis rebus egent; O I, 73. qua (benignitate) quo in plures usus sis, eo minus in multos uti possis; O II, 52. Zenoni necessarium, ... tibi vero, Antioche, minime; A II, 135. quid, cum volumus nomina eorum ... nota nobis esse, parentes, patriam, multa praeterea minime necessaria? F V, 52. qua oratione praetermissa minime necessaria; T IV, 23. magnam molestiam suscepit et minime necessariam .. Zeno; N III, 63. quorum ad popularis ... laudes has etiam minus notas minusque pervolgatas adiungimus; A II, 6. vobis .. minus notum est, quem ad modum quidque dicatur; N II, 73. ne praeterita quidem ea, quorum nulla signa ... extarent, Apollini nota esse (Carneades) censebat; quo minus futura! Fa 33. in rebus minime obscuris; F III, 40. valde Heraclitus obscurus, minime Democritus; D II, 133. quae sunt minus operosa; N II, 94. numquam se minus otiosum esse, quam cum otiosus, nec minus solum, quam cum solus esset; O III, 1. sit .. hic sermo ... lenis minimeque pertinax; O I, 134. pervolgatus: ſ. notus; A II, 6. non minus praeclarum hoc quam illud iudicandum est; O I, 75. quid potest esse minus quietum quam ... versari circum axem caeli admirabili celeritate? N I, 52. vide, ne fortitudo minime sit rabiosa; T IV, 50. uti ne minimum quidem

similes esse ||similes|| viderentur; A II, 56. numquam (se) minus solum esse, quam cum solus esset; R I, 27. f. otiosus. de homine minime vafro male existimant; N I, 85. Demetrius Phalereus ..., orator parum vehemens; O I, 3. quam .., etiamsi minus vera, tamen apta inter se (dicta sint); N III, 4. patroni (est) non numquam veri simile, etiamsi minus sit verum, defendere; O II, 51. quod parum virile videatur; F II, 47. utendum est ... verbo minus usitato; T IV, 16.

III. **bei Substantiven:** nec me minus hominem quam te putaveris; A II, 141. ut .. quisque maxume ad suum commodum refert, quaecumque agit, ita minime est vir bonus; L I, 49.

IV. **bei Adverbien:** ea bella, quibus imperii proposita gloria est, minus acerbe gerenda sunt; O I, 38. nec minus illud acute, quód ..; T III, 10. metuit, ne laceratis membris minus bene utatur; T I, 106. hominum est parum considerate loquentium; O II, 6. nemo parum diu vixit, qui ..; T I, 109. ego vero me minus diu senem esse mallem, quam ..; C 32. etsi minime facile eas (commutationes) in ea re publica futuras puto; R I, 65. terrae motum dixit futurum. parum, credo, inpudenter; D II, 31. ut ea si non decore, ut quam minime indecore facere possimus; O I, 114. num minus haec invidiose dicuntur? A II, 146. neque tamquererer cum deo, quod parum longe, quam quod falsum viderem; A II, 81. breviter sane minimeque obscure exposita est .. a te ... ratio; A I, 43. tu istuc dixti bene Latine, parum plane; F II, 10. ea dicta sunt a te, nec minus plane [verbis] quam dicuntur a Graecis [aptis]; F V, 96. est .. dictum non parum saepe; F II, 12. parumne subtiliter disputat ille in Eunucho? N III, 72. etiamsi minus vere ..., sed tamen accurate (fundatam, exstructam disciplinam); F IV, 1.

V. **bei Zahlen:** ea .. (stella) IIII et xx mensibus VI, ut opinor, diebus minus eundem lustrat orbem; N II, 53. — madefactum iri minus xxx diebus Graeciam sanguine; D I, 68. videsne .. minus quadringentorum annorum esse hanc urbem, ut sine regibus sit? — vero minus; R I, 58. Romuli .. aetatem minus his sescentis annis ... fuisse cernimus; R II, 18.

VI. **zum Satz, Ellipsen:** istum ... celare, quae scribat, existimo. minime vero, inquit ille; A I, 2. philosophiam ... inchoasti, ad impellendum satis, ad edocendum parum; A I, 9. hanc eorum, inquam, sententiam sequi nos censes oportere? minime vero istorum quidem, inquit; F III, 12. illi .. corporis commodis compleri vitam beatam putant, nostri nihil minus; F III, 43. quis hoc dicit? Stoici scilicet. minime; F V, 93. an tu haec non credis? — minime vero; T I, 10. num .. dubitamus? an ||dubitamus|| sicut pleraque (... terram ... obtinere)? quamquam hoc quidem minime; T I, 40. Diogenes ... proici se iussit inhumatum. tum amici: „volucribusne et feris?" „minime vero", inquit; T I, 104. tu fortasse in sententia permanes. — minime vero; T II, 67. tu Epicurum existimas ista voluisse ...? ego vero minime; T III, 46. nisi forte temporis causa nobis adsentiebare. — minime vero; T IV, 8. tertium et quartum ... puto esse in aliud tempus differenda. minime vero, inquit Cotta; N II, 3. ut nunc extis ⟨quamquam id ipsum aliquanto minus quam olim⟩; D I, 28. illud minime auguris, quod adscripsit ..; D I, 29. sed hoc minus ad rem; D I, 66. num sermonem vestrum aliquem diremit noster interventus? — minime vero, Africanus; R I, 17. multo iam id in regnis minus; R I, 49. ne iste (Romulus) quidem pervetus? — minime; R I, 58. totam domum num quis alter praeter te regit? — minime vero; R I, 61. Piraeus ille magnificus rem publicam efficiebat? minime vero, Laelius; R III, 44. num id studium censes esse vilici? — minime? R V, 5. nonne .. sapiens ... abstulerit cibum alteri homini ad nullam rem utili? [minime vero]; O III, 29. cadit ergo in virum bonum mentiri emolumenti sui causa ...? nihil profecto minus; O III, 81. quid? dominus navis ||quid dom. navis?|| eripietne suum? minime; O III, 89. qui haec subtilius disserunt, fortasse vere, sed ad communem utilitatem parum; Lae 18. Africanus indigens mei? minime hercule! Lae 30. in libertatem vindicari volt? minime; P 41.

VII. **ohne Beziehung:** quae (mediocritas) est inter nimium et parum; O I, 89.

B. **Verbindungen:** I. **Genetiv:** parum .. esset auctoritatis in fabula; C 3. cuius (belli) altera pars sceleris nimium habuit, altera felicitatis parum; O II, 45. ut quisque minimum firmitatis haberet minimumque virium, ita amicitias adpetere maxime; Lae 46. quo minus .. honoris erat poëtis, eo minora studia fuerunt; T I, 3. e quibus industriae plurimum in Clitomacho fuit ..., ingenii non minus in Hagnone; A II, 16. qui „decrevit tantisper se minus iniuriae suo nato facere, ut ait ipse, „dum fiat miser"; F V, 28. »decrevi tantisper me minus iniuriae .. meo gnato facere, dum fiam miser«; T III, 65. si aut nihil iuris impertias aut parum; R IV, 8. huius (M. Valerii Corvini) extrema aetas hoc beatior quam media, quod auctoritatis habebat plus, laboris minus; C 60. cui (iustitiae) minimum esse videtur in hac causa loci; T III, 36. si minus in maxima arte, quam illi (opifices) in minimis, operae consumpserim; R I, 35. potest .. quicquam esse absurdius quam, quo viae minus restet ||restat||, eo plus viatici quaerere? C 66. minus habeo virium quam vestrum utervis; C 33. f. firmitatis.

II. **quo minus:** non adversatur iis, quo minus suum quidque cuiusque sit; F III, 67. quo minus ambo una necaremini, non deprecarere ||precarere||? F II, 79. duas sibi res, quo minus in vulgus et in foro diceret, confidentiam et vocem, defuisse *; R III, 42. taceo neque te, quo minus ... sententiam mutes, deterrendum puto; A II, 63. non deterret sapientem mors, ... quo minus ... consulat; T I, 91. impedio: f. **impedio**, II. quo minus (5 St.) B. II, S. 235, b. ceteris naturis multa externa, quo minus perficiantur, possunt obsistere; N II, 35. quid .. obstat, quo minus (deus) sit beatus, si non sit bipes? N I, 95. nihil ... praetermittere, quo minus ea, quae natura postulet, consequatur; L I, 56. nec ... recusabo, quo minus omnes mea legant; F I, 7. qui negant se recusare, quo minus ipsis mortuis terrarum omnium deflagratio consequatur; F III, 64. quom praesertim non recusarem, quo minus ... consulentibus responderem; L I, 10. — **zum Satz:** quid .. dici poterit, ... quo minus homines ... nullo dedecore se abstineant? F III, 38. nihil .. adiuvat procedere et progredi in virtute, quo minus miserrimus sit, ante quam ad eam pervenerit; F IV, 64. illa .. praestare debebit ..., quo minus ab eo id, quod desit, requiratur; O I, 121.

si, sin minus: si (vgl. A, I. consequor; Ti 8. intellego; Lae 23. obtineo. occurro. perficio. possum; O III, 1. — II. felix. multus; F IV, 24): ut, si (dolores) tolerabiles sint, feramus, si minus, ... e vita ... exeamus; F I, 49. quam declinationem sine causa fieri si minus verbis, re cogitur (Epicurus) confiteri; Fa 22. si minus sapientis (tulit

civitas), ... at certe summa laude dignos; R III, 7. quae ut concurrant omnia, optabile est; si minus, plures causae ... ponderis plus habebunt; O I, 45. — sin: siquidem (di) hominum generi consulebant. sin id minus, bonis quidem certe consulere debebant; N III, 79. 80. eam mutationem si tempora adiuvabunt, facilius ... faciemus; sin minus, sensim erit ... facienda; O I, 120.

parumper, auf kurze Zeit: parumper audite cetera; R VI, 12. s. do. tu velim a me animum parumper avertas, Laelium loqui ipsum putes; Lae 5. discedo parumper a somniis; D I, 47. dent operam parumper atque audiant eos, quorum ..; R I, 12. is .. (vir) animo parumper et cogitatione fingatur; T V, 68.

parvulus, klein, unbedeutend, jung: alqs: Platoni cum in cunis parvulo dormienti apes in labellis consedissent; D I, 78.

Cynosura: non ad illam parvulam Cynosuram (meas cogitationes derigo); A II, 66.

igniculi: parvulos nobis (natura) dedit igniculos; T III, 2.

res: (bona aetas) parvulis fruitur rebus; C 48.

parvus, klein, gering, unbedeutend, jung: A. **bei Substantiven:** alqs: te, hominem amicissimum ... et aliquot annis minorem natu; A II, 61. qua (militia Xenophon) cum Cyro minore perfunctus est; D I, 52. Cyrum minorem ... agrum ... ostendisse; C 59. qui minor est natu; Lae 32. quid? Africanus maior, *quid? minor* ... cogitassene ... videntur? P 12.

alqd: cum sit nihil omnino in rerum natura minimum, quod dividi nequeat; A I, 27. minutatim interrogati ..., multa pauca, magna parva (sint); A II, 92. cogitantes .. supera atque caelestia haec nostra ut exigua et minima || minuta || contemnimus; A II, 127. ne illud quidem physici, credere aliquid esse minimum; F I, 20. ista parva sunt; F II, 90. obscurari quaedam nec apparere, quia valde parva sint; F IV, 29. quia sit admodum parvum; F IV, 31. ut, quo hae (res) maiores minoresve sint, eo, quae peccentur, ... aut maiora, sint aut minora; F IV, 77. ut reliqua non illa quidem nulla, sed ita parva sint, ut nulla esse videantur; F V, 72. non videt .. (animus), quod minimum est, formam suam; T I, 67. minora esse ea, quae sint visa maiora; T III, 54. docentes, quam parva et quam pauca sint, quae natura desideret; T III, 56. ut ea, quae acciderint, multo minora, quam quanta sint existimata, videantur; T III, 58. ea, quae homini accidere possunt, omnia parva ducens; T V, 42. haec, quae sunt minima, tamen bona dicantur necesse est; T V, 46. quoniam dant aliquid, idque non parvum; D I, 113. quae .., quom adsunt, perparva || per se parva || sunt; L I, 52. ea ... parva ducere ... fortis animi ducendum est; O I, 67. ut (Graeci), quod in eo genere minimum est, id maxime probare videantur; C 45. in quo peccatur, id potest aliud alio maius esse aut minus; P 20. id si nec maius nec minus umquam fieri potest; P 20.

accessiones: ita .. parvae et exiguae sunt istae accessiones bonorum, ut ... ne cernantur quidem; F V, 71.

acies: acies .. ipsa, qua cernimus, quae pupula vocatur, ita parva est, ut ..; N II, 142.

animus: nihil .. est tam angusti animi tamque parvi quam amare divitias; O I, 68.

appulsus: ut omnes ... minimos et frigoris et caloris adpulsus sentire possimus; N II, 141.

artes: si minus in maxima arte, quam illi (opifices) in minimis, operae consumpserim; R I, 35.

auctoritas: nisi tu opposuisses non minorem tuam (auctoritatem); A II, 64. is || is, || (populus) qui auctoritatem minimam habet, maximam vim; F II, 44.

aves: (viriditas) fundit frugem ... et contra avium minorum morsus munitur vallo aristarum; C 51.

aura: nulla ne minima quidem aura fluctus commovente; T V, 16.

bestiola: si qua minima bestiola conaretur inrumpere; N II, 144.

blandimenta: minis || aut, minimis ||, blandimentis corrupta (beata vita); T V, 87.

civitas: civitatem ..., quam minimam potuit, ... effecit; R II, 52.

contagio: quibus .. (animis) fuisset minima cum corporibus contagio; T I, 72.

controversia: parvam .. controversiam dicis; L I, 54.

copiae: quoniam copiae parvae singulorum sunt; O I, 52.

corpus: animum (deus) haud ita, ut modo locuti sumus, tum denique, cum corpus ei effecisset, inchoavit; neque enim esset rectum minori parere maiorem; Ti 21.

cothurni: ut ... neque multi cothurni paucis anteponerentur nec maiores minoribus, sic ..; F III, 46.

cultus: quod parvo cultu natura contenta sit; T V, 97.

cupiditas: minimam olim istius rei fuisse cupiditatem; L II, 62.

cura: ut neve maior neve minor cura et opera suscipiatur, quam causa postulet; O I, 141. mihi .. non minori curae est, qualis res publica post mortem meam futura || sit ||, quam qualis hodie sit; Lae 43.

curia: quae (curia) minor mihi esse || esse mihi || videtur, posteaquam est maior; F V, 2.

Cynosura: eundem caeli verticem lustrat parva Cynosura; N II, 106. »haec .. (Cynosura) parva est«; N II, 106.

delicta: quae .. parva videntur esse delicta; O I, 145.

dissensio: haec .. est non verborum parva, sed rerum permagna dissensio; N I, 16. est quaedam inter nos parva dissensio; L I, 8.

dolores: parvos (dolores) multa habere intervalla requietis; F I, 49.

domus: quae (domus) si tibi parva, ut est, ita videtur; R VI, 20.

exercitatio: magnum opus est egetque exercitatione non parva; Lae 17.

exspectatio: sustines .. non parvam expectationem imitandae industriae nostrae; O III, 6.

faenus: alias minore, plerumque maiore cum faenore; C 51.

fides: num videtur (Iliona) minorem habere visis quam vigilantes fidem? A II, 88. cum ... minor .. fabulis nisi de veteribus rebus haberetur fides; R II, 18.

filiola: quae (filiola Tertia) tum erat admodum parva; D I, 103.

gentes: antiquos patres maiorum gentium appellavit, ... a se adscitos minorum; R II, 35.

genera: ut obscurentur etiam maioribus minora (actionum genera) || minora maioribus || ; F V, 58.

gloria: ut .. (oraclum Delphis) nunc *in* minore gloria est; D I, 38.

homo: vgl. alqs; A II, 61.

iactura: qui ... iidem gloriae iacturam ne minimam quidem facere vellent; O I, 84.

insula: omnis .. terra ... parva quaedam insula est; R VI, 21.

intervallum: f. **intervallum,** IV, 1. declinare (2 St.) B. II, S. 351, b.
liberi: qui (Tarquinius) admodum parvos tum haberet liberos; R II, 37.
locus: ut hoc (ius) civile ... in parvum quendam et angustum locum concludatur; L I, 17.
magistratus: »minores magistratus partiti iuris ploeres || plures || im ploera sunto;« L III, 6.
malum: ea nos mala dicimus, sed exigua et paene minima; F V, 78. potest is quoque (beatus) esse, qui est in parvis malis; F V, 78. docere aut nullum malum esse aut admodum parvum; T III, 77. cui (sapienti) aut malum videri nullum potest, quod vacet turpitudine, aut ita parvum malum, ut ..; T III, 80. ex malis eligere minima oportere; O III, 3. minima de malis; O III, 102. 105.
merces: (Trophonius et Agamedes) petiverunt mercedem non parvam .. operis ... sui; T I, 114.
metus: non ut parvo metu praeditus sit, sed ut nullo; T V, 41.
momentum: parva esse ad beate vivendum momenta ista corporis commodorum; F V, 72. nulla in re nisi in virtute aut vitio propensionem ne minimi quidem momenti ad summum bonum adipiscendum esse; F IV, 47. nec ullo minimo momento plus ei vitae tribuo quam Stoici; F V, 88. parvis .. momentis multa natura aut adfingit aut mutat aut detrahit; D I, 118. ut omnia ex altera parte collocata vix minimi momenti instar habeant; O III, 11.
multitudo: si mortalium tanta multitudo sit, esse inmortalium non minorem; N I, 50.
nati: »altrix, Martia, quae parvos Mavortis semine natos uberibus gravidis vitali rore rigabat«; D I, 20.
notitiae: ingenuit .. (natura) sine doctrina notitias parvas rerum maximarum; F V, 59.
Oceanus: qui (Oceanus) tamen tanto nomine quam sit parvus, vides; R VI, 21.
opera: f. cura; O I, 41.
opinio: bene loquendi de Catulis opinio non minor; O I, 133.
opusculum: accipies .. hoc parvum opusculum; P 5.
orbis: cum alia (sidera) maiorem lustrarent orbem, alia minorem, tardius quae maiorem, celerius quae minorem; Ti 30.
pars: ut medici toto corpore curando minimae etiam parti, si condoluit, medentur, sic ..; T III, 82. quod .. in nostro corpore si minima ex parte † significetur || sic incitetur ||, molestum sit; N I, 24. ne minima quidem ex parte Lycurgi legibus et disciplinae (Pausanias, Lysander) conferendi sunt; O I, 76. f. terra; R I, 26.
pecunia: si ... ea .. pecunia non minor esset facta cum superiore exactione, quam heredibus omnibus esset relicta; L II, 51. cum id parva pecunia fieri posset; O III, 114. quidam saepe in parva pecunia perspiciuntur quam sint leves, quidam autem, quos parva movere non potuit, cognoscuntur in magna; Lae 63.
pisciculi: cum pisciculi parvi in concham hiantem innataverunt; N II, 123.
poena: inprobis .. poena statuenda est, nec vero minor iis, qui secuti erunt alterum, quam iis, qui ipsi fuerint impietatis duces; Lae 42.
populus: noster hic populus ... iustitia an sapientia est e minimo omnium *maximus factus*? R III, 24,
praestantia: quamvis minimam praestantiam animi omnibus bonis corporis anteire; F V, 93.
principia: omnium .. rerum principia parva sunt; F V, 58.
puer: si puer parvus occidit; T I, 93.
puncta: in mundis .. innumerabilibus omnibus minimis temporum punctis .. nascentibus; N I, 67.
res: quod (res) .. ita essent parvae, ut sub sensum cadere non possent; A I, 31. si in minimis rebus pertinacia reprehenditur; A II, 65. qui (Lyco) aegritudinem extenuans parvis ait eam rebus moveri; T III, 78. cotidie nos ipsa natura admonet, quam paucis || admonet ||, quam parvis rebus egeat, quam vilibus; T V, 102. in minoribus (rebus) ... remittam hoc tibi; L II, 24. cum minimarum (rerum) sine arte nulla sit; O II, 6. numquam illum (Scipionem) ne minima quidem re offendi; Lae 103. parva, inquit, est res, at magna culpa; P 20. quicquid non licet, nefas putare debemus. etiamne in minimis rebus? etiam; P 25. f. alqd; F IV, 77.
Septentrio: minorem .. Septentrionem Cepheus ... subsequitur; N II, 111.
sol: Epicurus .. posse putat etiam minorem esse eum (solem), quam videatur, sed non multo; A II, 82. tantum .. (solem Epicurus) esse censet, quantus videtur, vel paulo aut maiorem aut minorem; F I, 20.
squilla: pina ... cum parva squilla quasi societatem coit comparandi cibi; N II, 123.
stella: ex quibus (stellis) erat ea minima, quae ..; R VI, 16.
studia: quo minus .. honoris erat poëtis, eo minora studia fuerunt; T I, 3.
suspicio: ut ne minima quidem suspicio sensus relinquatur; T I, 88. ut avaritiae pellatur etiam minima suspicio; O II, 75.
tempus: dies et noctes sine ulla minimi temporis intermissione; fr V, 81.
terra: qui viderit, quam parva sit terra, primum universa, deinde ea pars eius, quam homines incolant; R I, 26. ipsa terra ita mihi parva visa est, ut ..; R VI, 16.
Vergiliae: »cuius (Persei) propter laevum genus omni ex parte locatas parvas Vergilias || laevum genu »Vergilias || ... videbis«; N II, 112.
villa: quom ... antiquo more parva esset villa; L II, 3.
vis: mihi ... hoc videtur maior vis honestatis et minor voluptatis; F II, 81. opinio facit, non natura, vim doloris aut maiorem aut minorem; F III, 42. si minima vis adhibeatur imperii; R I, 67. nec .. illa parva vis naturae est rationisque, quod ..; O I, 14.
voluptas: propter voluptatem et parvam et non necessariam; F I, 47. nec minorem voluptatem percipi in brevitate temporis, quam si illa sit sempiterna; F II, 87. negat .. tenuissimo victu ... minorem voluptatem percipi; F II, 90. non minor .. voluptas percipitur ex vilissimis rebus quam ex pretiosissimis; F II, 91. sit voluptas non minor in nasturcio illo ... quam in Syracusanis mensis; F II, 92. quae minimae sint voluptates, eas obscurari saepe; F IV, 29. ea (voluptas), quamvis parva sit, pars est eius vitae; F IV, 31.
usus: si ipse usus membrorum non modo non maior, verum etiam minor futurus sit; F V, 46. ut ... deum fingeret ... usu membrorum ne minimo quidem (praeditum); N I, 123.
utilitas: in quo non minorem utilitatem afferunt, qui togati rei publicae praesunt, quam qui bellum gerunt; O I, 79.
B. **alcis: a. masc.:** I. agnoscunt, al.: parvi .. primo ortu sic iacent, tamquam omnino sine animo sint; cum autem paulum firmitatis accessit, et animo utuntur et sensibus conituntur que, sese ut erigant, et manibus utuntur et eos agnoscunt, a quibus educantur; deinde aequalibus delectantur libenterque se cum iis congregant dant-

que se ad ludendum fabellarumque auditione ducuntur deque eo, quod ipsis superat, aliis gratificari volunt animadvertuntque ea, quae domi fiunt, curiosius incipiuntque commentari aliquid et discere et eorum, quos vident, volunt non ignorare nomina, quibusque rebus cum aequalibus decertant, si vicerunt, efferunt se laetitia, victi debilitantur animosque || animos || demittunt; F V, 42.

appetunt, al.: quod ... salutaria appetant parvi aspernenturque contraria, quod non fieret, nisi statum suum diligerent, interitum timerent. fieri autem non posset, ut appeterent aliquid, nisi sensum haberent sui eoque se diligerent; F III, 16.

cogitant, al.: in parvis .. saepe, qui nihil eorum cogitant, si quando iis ludentes minamur praecipitaturos alicunde, extimescunt; F V, 31.

habent: parvi virtutum simulacris, quarum in se habent semina, sine doctrina moventur; F V, 43.

inveniunt: id .. *in* parvis intellegi potest, quos delectari videamus, etiamsi eorum nihil intersit, si quid ratione per se ipsi invenerint; F III, 17.

respondent: respondet mihi non Aristoteles ..., ne Xenocrates quidem aut Polemo, sed his || mihi, al. || minores: „tale verum ..;" A II, 118.

II, 1. adlicio: quod ea voluptas, quae in motu sit, et parvos ad se alliciat et bestias, non illa stabilis; F II, 32.

debilito, delecto, al.: f. I. — rigo: vgl. A. nati. — 2. interest: f. I. inveniunt. — 3. minor: f. I. cogitant. — pareo: vgl. A. corpus.

supero: f. I. agnoscunt.

4. peto a: nec .. argumentum hoc Epicurus a parvis petivit aut etiam a bestiis; F II, 32.

III. a: a parvis .. Iovem, ... Apollinem reliquosque deos ea facie novimus, qua pictores fictoresque voluerunt; N I, 81. a parvis .. didicimus „SI IN IUS VOCAT" atque || atque alia || eius modi „leges" alias nominare; L II, 9.

in: f. I. inveniunt.

b. neutr.: I. est: vgl. A. alqd; A I, 27. F I, 20.

interest: f. **parum,** A, I. interest (S. 19, b).

II, 1. confero: ut parva magnis conferamus; R III, 34. ut aliqua similitudine adductus maximis minima conferam; fr X, 3.

curo: ne in regnis quidem reges omnia minima curant; N III, 86.

dico: qui grandia ornate vellent, enucleate minora dicere; F IV, 6.

discerno: utilia inutilia, magna parva (discernere) poterat; T V, 114.

metuo: sine metu is habendus est, non qui parva || pauca, al. || metuit, sed qui omnino metu vacat; T V, 41.

neglego: magna di curant, parva neglegunt; N II, 167. minora di neglegunt; N III, 86.

sentio: ut in fidibus musicorum aures vel minima sentiunt, sic ..; O I, 146.

2. antepono: nec ... contra officium est maius anteponi minori; O I, 32.

3. dispertio in: quas (res) in minima dispertiunt; A II, 42.

intellego ex: magna saepe intellegemus ex parvis; O I, 146.

sum in: videte, .. quam in parvo lis sit; A II, 83.

venio ad: ut .. ad minima veniam; F I, 32. ut ad minora veniam; F V, 7.

versor in: eos (viros) magna professos in parvis esse versatos; L I, 14.

III. contentus: quod parvo esset natura contenta; F II, 91. f. **contentus,** alqs parvo (3 St.) B. I, S. 527, b.

IV, 1. aestimare: f. **aestimo,** II. alqd minoris (3 St.) B. I, S. 104, a.

ducere: quia parvi id duceret; F II, 24.

esse: quae (pars) non minoris sit, quam nosmet ipsi sumus; N II, 32. parvi .. sunt foris arma, nisi est consilium domi; O I, 76.

facere: quam (voluptatem) unam virtus minimi facit; F II, 42.

vendere: vendo meum non pluris quam ceteri, fortasse etiam minoris; O III, 51. ut si minoris, quam potuisset, vendidisset; O III, 62.

2. consequi: consequatur summas voluptates non modo parvo, sed per me nihilo, si potest; F II, 92.

pasco, weiden, füttern, nähren, unterhalten, Viehzucht treiben: I. absolut: a quo (Catone) cum quaereretur, quid maxume in re familiari expediret, respondit: „bene pascere"; quid secundum: „satis bene pascere"; quid tertium: „male pascere"; O II, 89.

II. alqm: qui maleficio et scelere pascuntur; O II, 40.

aves: tum ille: DICITO SI PASCENTUR || PASCUNTUR ||. — PASCUNTUR. — quae aves? aut ubi? D II, 72. quae (aves) pascantur necne, quid refert? nihil ad auspicia; D II, 72.

bestias: nec ... sine hominum opera aut pascere eas (bestias) aut domare ... possemus; O II, 14.

capras: ut sues quasi caprae ex ramis glande pascantur; fr XII.

pullum: cum cavea liberati pulli non pascerentur; N II, 7. cum (pullus) pascitur; D I, 27. si ne postea quidem pulli pascerentur, quid faciendum censeret; D I, 77. cum (pulli) pascuntur; D II, 72.

sues: qui (Attus Navius) cum propter paupertatem sues puer pasceret; D I, 31. f. capras.

pascuus, zur Weide dienend: agri arvi et arbusti et pascui lati atque uberes definiebantur; R V, 3.

passer, Sperling: I. habet: quid simile habet passer annis? D II, 65.

II. notus: quae (voluptas) passeribus nota est omnibus; F II, 75.

III, 1. numerus: qui (Calchas) ex passerum numero belli Troiani annos auguratus est; D I, 72. quod apud Homerum Calchantem dixisti ex passerum numero belli Troiani annos auguratum; D II, 63.

2. auguratio ex: quae tandem ista auguratio est ex passeribus annorum potius quam aut mensuum || mensium, mensum || aut dierum? D II, 65.

passerculus, kleiner Sperling: cur .. de passerculis coniecturam facit, in quibus nullum erat monstrum, de dracone silet? D II, 65.

passim, weit und breit, überall: dispergo: »per .. agros passim dispergit corpus«; N III, 67.

